

1520. ~~24 Jan. vid. 1596.~~ Ex Ms. arch. Stan. Aug. Reg.

63

Sigismundus primus rex Polonie
Mauritio episcopo Varmiensi.

15

Reverende. Probamus non vulgariter studium
et sollicitudinem paternitatis vestre, sed cum bo-
no terrarum nostrarum, quam ex novissimis
ejus literis ad nos missis intelleximus, consili-
umque ejus de cadenda in terris Prusie mone-
ta, nobis placet, quo etiam vehementer utemur,
et talis valoris monetam cadendam manda-
bimus, qualem Gedani ex auctoritate paterni-
tatis vestre, et reliquorum terrarum Prusie con-
siliariorum nostrarum constitueramus, nisi for-
te in hoc proximo conventu quem ad illustris
domini Prusie nunc ad Silesiam profecti pe-
titionem Elbingi ad Feriam secundam post
dominicum oculi transposuimus, aliter et uti-
lius per paternitatem Vestram, reliquosque con-
siliarios nostros illi futuros, tum per Reges
predicti domini Ducis super ea re con-
stitueretur, tunc facile ex hoc essemus conten-
ti, alioquin si vobis, utrinque in eo ipso con-
ventu Elbigensi futuro de ea re non conve-
nerit. Et novissimè preteriti Elbigensis conven-
tus, propositiones ad effectum prodire non
poterint, non aliter rem monetariam institu-
emus, nisi eo modo, quem Paternitas Vestra,
prout supra expressum est, consulit, volumus
enim omnino, ut in ista ipsa futura mone-
te ussione, dignitati et commodis, tum re-
gni nostri, tum etiam reliquarum terrarum
nostrarum

nostrarum efficaciter succurratur, Paternitatem
vestram bene valere optamus.